¶ ORATIO Habita Per . D. Nicolaum Tegrimum Oratorem Lucēſem . I . V . Doctorem in Nuptiis Illuſtriſſ. Alfonſi Primogeniti Illuſtriſſ. Herculis Ducis Ferrarię & Illuſtriſſ. Dnę Annę Filię Illuſtriſſ. Galeazi Ducis Mediolani.

VELLEMVS Illuſtriſſime Dux Ciuita-
tis noſtrę immortale pręſidium : uel ora-
tione uel geſtu gaudiū lętitiamq; expri-
mere nobis datum eſſet : ꝙ extam excellenti &
pene diuina Coniunctione & Nuptiis primoge
niti tui Illuſtriſſ. cōcepit uniuſus populus Lucē
ſis . Geſtiunt iuſti ſenes, matronę, uiri, mulie-
res, pueri, innuptęq; puellę, plebs cum patrib9
lętatur ipſa priuata ędificia, turres męniaq; ri-
dere uidentur, ipſi montes, arbores, uillęq; lę-
titię ſigna edunt. Iam ſe in libertate morituros
confecti ętate ſperant. Libertatem ſe retentu-
ros perpetuam grandiores natu: minoreſq; per
ſucceſſionem ſibi conſeruari non dubitant. Iaz
a machinis bellicis tutas turres duraturaq; mę-
nia ſe intelligunt, uillę & arbores uaſtationum
incendiorumq; omnem depoſuere metum. Par
tam ęternaz pacem hac indiſſolubili firmaq; ca
thena adamantina & tuta omnia pacataq; ciui-

tas uniuerſa nouit & gaudet. Non poſſumus
immēſę multitudinis infinitum gaudiū refer
re qui ſumus mortales & ingenii ad ea coram
tanto Principe explicanda infirmi. Nec potuit
ciuitas cū uniuerſo populo huc accedere. Qđ
ſine ętatis ſexuſq; differentia (ſi fieri potuiſſet)
feciſſet. Pro tua prudentia & animi magnitudi
ne Princeps Illuſtriſſ. qui oīa diuino pectore cō
templaris quod nobis denegatur intelligis. Ve
nimus igitur ad. T. Celſitudinis conſpectū de
uoti Oratores Luceñ. ut primo reuerētię ſigna
quę a Rep. noſtra excellentię tuę merito de/
bent exhibeamus: utq; ciuitatis noſtrę nomine
& illuſtriſſ. D. T. & primogenito eius i quo iā
licet intueri effigiem tuam/maiorumq; ſuorū
fortitudinis/pietatis/magnanimitatis/ingenii
aliarumq; uirtutum de tam honeſta/ excellen/
ti optataq; coniunctione gratulemur. Pręterea
ut ſiquid a parua Ciuitate libera tamen dei im
mortalis beneficio & tuo totiuſq; Italię merito
erga tuam excellentiam honoris tantę dignita
ti exhiberi poteſt/has magnificentiſſimas Nu/
ptias populum noſtrum referentes honeſtem9
tibiq; obſequamur/ qui pater/Dñus/protector
q; noſter es. Cui patriam libertatemq; noſtrā
commendamus.

Dixi.